



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1706

Testimonialium perceptionis Eucharistiæ Form. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

litum esse decentem, semel in Mense Sacram Communionem sumpsisse, functionesque Clericales exercuisse, ac denique Doctrinam Christianam frequentasse, & assiduo labore huic exercitio incubuisse. In quorum &c. die &c.

N. Parochus Ecclesiæ N.

Testimoniales separatæ pro eisdem minoribus Ordinibus.

F O R M U L A V I I I .

EGo infrascriptus Parochus Plebis N. testor quantum humana fragilitas nosse sinit N. Clericum ex mea Parochia, qui ad minores Ordines N.N. promoveri cupit, esse vitæ integritate, bona fama, atque moribus præditum, Habituque Clericali, & decenti Tonsura semper incessisse. In quorum fidem præsentis litteras testimoniales, etiam mediojuramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi hac die...

N. Parochus Ecclesiæ N.

N. Testimonialium de perceptione Communionis.

F O R M U L A I X .

EGo infrascriptus Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis N. testor Clericum N. ex mea Parochia, qui ad minorem Ordinem N. promoveri cupit, frequenter, & præsertim primis saltem diebus Dominicis cujuslibet mensis Sacrosanctæ Eucharistiæ pabulo religiosè refectum fuisse. In quorum &c. Datum &c.

Ego N. Archipresbyter &c. seu Confessarius.

Testimonialis de frequentatione Doctrinæ Christianæ.

F O R M U L A X .

S U M M A R I U M .

1 Clerici debent esse adscripti Societati Doctrinæ Christianæ.

EGo infrascriptus Parochus Ecclesiæ N. fidem facio Clericum N. ex mea Parochia, qui ad Acolytatus Ordinem promoveri cupit, *Cathalogo confratrum* Doctrinæ Christianæ adscriptum, assiduo labore ad Doctrinam Christianam ediscendam, & edocendam incubuisse, & in diebus Dominicis, & festis incumbere. In quorum fidem præsentis testimoniales litteras etiam mediojuramento manu mea subscripsi, & mei sigilli impressione munivi, hac die...

Ego N. Archipresbyter &c.

A D N O T A T I O .

1. **CATHALOGO CONFRATRUM**. Supponitur

in formula, quod in Parochiali Ecclesia reperiatur erecta Sodalitas Doctrinæ Christianæ, quæ juxta monitum Bullæ B. Pii V. erigi debet in omnibus Parochia-